



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

91.  
104

IN HONOREM  
Nuptiarum

ORNATISSIMI  
VIRI, DIGNITATE, PRU-  
DENTIA, ET AVTORITATE  
præstantis, Dn. HIERONYMI LAM-  
PERTI, Civis in veterum Sorabo-  
rum Metropoli Servesta,

*Cum*

HONESTISSIMA  
ET PUDICISSIMA ANNA  
VLRICHIA, CLARISSIMI ET  
Doctissimi viri, Dn. M ALBERTI VOITI  
Scholæ Servestanæ quondam Protectoris, ac  
Gymnasij illustris ibidem Professoris  
fidelissimi p. m. relictæ  
viduâ.


A. D. III. Cal. Iulij, Anno 1607 C. VII.  
celebrandarum.

Carmina scripta ab amicis,  
Quorum sua singulorum versibus nomina  
sunt adscripta.

S E R V E S T A E.

Excudebat Iohannes Schleer. Anno 1607.





ΓΑΜΗΛΙΟΝ,  
Ex XXVI. cap. Ecclesiastici  
desumtum.

**V**am beatus vir perhibetur ille !  
Cui datur coniux speciosa , prudens ,  
Casta . qua vera pietati inheret  
Dedit a corde .

Nam velut Phœbus decus addit astris  
Lucidis cœlo decorato : ita ornat  
Sponsa Sponsum , & casta suum maritum  
Vxor honestat .

Est Dei donum mulier pudica .  
Qua peti debet , neq; juncta cuiquam est ,  
Quam viro , qui mente Deo scit uni  
Fidere tota .

Nam , qua honesta est , illa viro tot annos  
Prorogat , quot vixit is , & quietum hunc  
Efficit , solatia multa miscens  
Digna marito .

A 2

A 7

Ast sibi quicunq; malam maritam  
Duxerit, certè ille sibi venenum  
Scorpij sumsisse putatur, omnem E<sup>5</sup>  
Deniq; pestem.

Quæ suum corpus nimio faletno.  
Obruit, pœna est: reticere namque  
Non potest talis facinus suum atque  
Dedecus ingens.

Rebus arcatis tacitisq; virgo,  
Quæ potest præstare silentia, illa  
Est Dei donum superi, viroq;  
Gaudia summa.

Nobile haud quicquam invenies sub alti  
Nubibus cœli, pretiosiusq;  
Nil erit, quam fæmina, qua modestà est  
Prædicta lingua.

Ergo fortunatus haberis ipse,  
Sponse, cùm conjux tibi copuletur  
A DEO summo pia, pulcra, prudens,  
Cara, pudica.

Nunc DEVM, rerum invoco conditorem  
Omnium, ut vivas in amore semper  
Cum tuâ Sponsâ, in pietate verâ,  
Atque timore.

Quem

Quem rogo toto ex animo, reserue  
Te diu cum conuge sospitem atque  
Salvum, & avertat mala cuncta vestris.  
A Edibus, opto.

Nicolaus faustissima quæq; comprecans  
Iohannes Hamelius Servestanus  
Anhalt, F.

## ALIVD.

**N**Ox erat & terras animalia fessa per omnes  
Alitum pecudumq; genus sopor altus habebat,  
Cessabant strepitu, montes, & seva filebant  
Æquora, ludebantq; leves sine murmure venti;  
Membra suo lecto cum iam posuisset honesti,  
Et pietatis amans Lampertus, quem facit ipsa  
Virtus præclarum, morum quem gratia jactat,  
Christe Dei Fili dicens, hominumque Redemptor,  
Lingua tibi quænam grates persolvere dignas  
Pro meritis posset & tu es aquæ fons ille perennis,  
Tu pax & requies, tu spes vitæ atque salutis,  
Tu bonitatis amor, quo nos amplecteris omnes  
Tu cœlum linquens nostri devictus amore  
Factus es in terris contemptior omnibus unus,  
Mortuus & propter nostræ mala crimina vitæ,  
Vivus & è tumulo rediens tu dona tulisti  
Tecum iustitiam vitæ haud pereuntis opesque,  
Altis ascendisti super ardua sydera cœli,  
Discipulisq; tuis misisti Numinis Ignes  
Divini, precibus reverenter adoro precorque  
Te, me ut defendas torius tempore vitæ,

A 3

Condonesq;

Condonesq; mihi clemēns peccata nefanda,  
Quēs tua perpetō lēdantur nomina sancta,  
Rebus & in duris fidei me robore firmes,  
Desq; mihi sancti sanctissima munera Flatus,  
Qui sibi componat nostro sub pectore sedem ,  
Et det laslatis mollem captare quietem ,  
Conservetq; sacri nobis oracula verbi,  
In quibus eit omnis spes nostra locata salusq;  
Vix ea fatus erat, vellet jam lumina somnus  
Condere, præterea ( dictu mirabile ) vénit  
Lamperto in mentem, Genitor quod maximus autor  
Esset conjugij, Christusq; jugalia donis  
Hæc sacra ornasset, vinum dum fecerit undā  
Ex liquidā testans sibi grata hæc festa fuisse,  
Ignipotensq; tori quod A M O R gauderet amore  
Legitimo; Tendit mox ergo ad sydera palmas  
Sic dicens; quoniam sine conjugé ducere vitam ,  
Illicitis flammis uri est, Veneremq; fovere ,  
Alme Deus viduam jungas mihi sive puellam,  
Ut dum dura meo quædam cum corde putabo  
Omnibus officijs minuat, levet, auferat omnem  
Sedula mœstitiam, curet mihi remq; domumq;  
Sic tibi inoblitio persolvam pectore grates  
Magnas, perpetuā tua Nomina laude feramq;  
Audijt ista Deus, nec se immemor esse Parentem  
( Ah ! vbi non meminit summus Rex se esse Parentem )  
Atq; in subjectam tellurem mittere cœlo  
Divinum statuit stellatā in veste ministrum.  
Ergo ubi nox depulsa Solo, primaq; rubescit  
Lampade Neptunus, revocatq; aurora laboreis;  
Nuncius ecce ! Dei magni delapsus Olympo  
A summo ingreditur Lamperti limina tecti,  
Atq; sonos tenero tales effundit ab ore :

Inspectrice

Inspectrice opus est domui, quæ cuncta ministret,  
Namq; ministrarum genus est hoc tempore fallax,  
Ignavum, furax, infidum, turpe, rebelle;  
Sunt Domino nostro cui cœlum paret & æther,  
Et mare, permultæ præstanti corpore Nymphæ  
Vrbibus in cunctis, celebris SERVESTA proscædo,  
Præ reliquis pulchris, ait, est ornata puellis,  
In primis etiam viduis bellisq; probisq;  
Quæ superant reliquas forma præstante puellas,  
Illarumq; virent quædam florentibus annis.  
Quarum quæ forma pulcherrima, præcipit ANNAM  
Conjugij adjungi iussit tibi fautor & autor,  
A qua discessit fato clarissimus atque  
Ingenio celebris VOTVS, queis laudibus ornem  
Illam? Si pietatis opus specie illa beata est,  
Si morum aspicio specimen, tota illa venusta est,  
Si mentem interius lustro, tota illa pudica est,  
Egregiam decorat generosa modestia mentem,  
Si corpus cerno, nil non laudabile cerno,  
Pulchram si faciem, quantum decus emitet inde?  
Os rosecum, niveæq; genæ, frons candida, cervix  
Laetæa, perficiam studio data jussa fideli,  
Conjugiumq; parabo sacrum, inviolabile, sanctum.  
Hæc ubi dicta dedit, mox se librabat in altum  
Ad viduam pulchram veniens ita farier insit:  
(Hospitis adventu vidua en turbata recessit!)  
Solve metum (dulcis paulatim instillat amoris  
In viduæ venas flammam, quæ flamine nullo  
In cinerem in tenebras abit) omnipotentis Olympi  
Elegit summus Rector te ex omnibus unam,  
Atq; pio jussit Lamperto nubere, nube  
Ergo, eiusque uxor jam nunc assuefæ vocari,  
Dignus honore tuo est, suavi tuo amoreq; dignus

Corporis



Corporis ornat eum per pulchritudinem decentis,  
Vita fidesque eius fuit inculpata, parentum  
Ex stirpe insigni natus, si dicere laudes  
Illorum vellem lux mihi haud sufficeret una;  
Namque pater clarus meritis & clarus honore  
Vir fuit, Ascaniae Ducibus placuitque beatis,  
Ascaniae Ducibus placuisse haud ultima laus est.  
Hæc ubi finierat cœlesti Nuncius ore  
Aliger, exemplò patribus se sustulit alis  
Summa petens rursum summi fastigia cœli.

Aedibus ergo exit sub tempora prima diei  
Otrae Lampertus, viduae & mox tendit ad ædes.  
Angelus enim! alius venit obvius inter eundum  
Illi, sic dicens: Salve, Lamperte, prosector  
Quo tendis non ignoro, qui queritur amari.  
Ut neque quod justum, neque transgrediatur honestum.  
Hic studeat, prodesse modis nam quisque duobus  
Crede potest, VERBIS ac REBUS, tutius autem  
Et levius multo est, verbis quam rebus amorem  
Quærere; cum ergo queas effundere fluminis instar  
Verba, procu[m] dubio tibi conciliabis amorem,  
I, pete conjugium, venies in tempore primum  
Quod rerum sit, venies gratus viduae atque patronis.  
His dictis subito ex oculis cœu fumus in auras  
Commisus tenues fugit. At Lampertus honestus  
Ædes ingreditur fidam dextramque pudicæ  
Dat viduae, hæc ipsius rursus suffusa rubore  
Dans dextram pariter lætissima verba recenset  
Aulæ, quæ dederat divus stellantis alumnus:  
Dextram igitur vestram conjungi, ait, experio nostræ.  
Humani cupio Lamperti Sponsaque dici.

Sic placuit Fatis duo casta hæc corpora jungi,  
Fatum in amore valet plus quam gaza omnis, & omnis

Nobilitas

Nobilitas, Fato quoq; amans coniungitur omnis,  
Ettibi Fata fagent, Fatis de pectore grates  
Persolvas Lamperte ergò, dum montibus umbræ  
Lustrabunt, convexa polos & sydera pascent.

Dicta sacris thalami venerunt tempora festis,  
Emittunt igitur Sponsus iam & Sponsa ministros  
Convivasq; iubent ad gaudia tanta vocari  
Interea hiccè bovem mactat, porcum ille, tenellas  
Alter oves, alter vitulum, & sic cuncta parantur:  
Sponsus adest fertō incinctus, nunc Sponsaq; casta  
Præcipit, ut PAVLVS famulis det signa vocatis  
Ære cavo; auditur concentus in urbe tubarum.  
Tympana clara sonant, resonat clangoribus æther,  
Vndiq; visendi studio per strata viarum  
Accurrunt pueri teneri, teneræq; puellæ,  
Atq; etiam ancillæ, quibus esset honestius atq;  
Vtilius, melius, Dominæ quoque gratius ipsi  
Castæ, plena colo deducere stamina longa,  
Haud mora continuò, cernentibus omnibus, ecce!  
Ædibus in notis juvenes castæq; puellæ,  
Matres convenient, celebres pietateq; patres,  
Et sacra templâ petunt Sponsum, & comitantur euntem,  
Subsequitur gradiens tardè spectabilis ore  
Eximio, formâ quæ alias supereminet omnes  
Sponsa, cui collo demissa monilia pendent:  
Æde DOBERKOVIVS citò percutit organa faciâ,  
Septemq; obloquitur numeris discrimina vocum;  
Stat medio magnus VINCENTIVS arte canendi  
Atq; tenet baculum dextrâ clavemq; sinistrâ,  
Circa ipsum pueri multi, & studiosa juventus,  
Collegæ inducunt animum cantare rogati  
Accedit doctus longâ cum veste sacerdos,  
Et iunctis manibus cupidos coniungit amantes.

B

Interea



Interea proceres, juvenes castæq; puellæ  
Et matres sanctis unum Deum in ordine Trinum  
Sollicitant precibus: Pater omnipotentis Olympi,  
Auctor conjugij, quoniam tua sancta voluntas  
Est, ut virgo viro iungatur casta modesto  
Vna uni, una fides sit, fac mens una duobus,  
Vna salus, unum sit pectus, amorq; favorq;  
Vnus, pasce, love, moderare, tuere, gubernare  
Hosce novos Sponsos, mens sana in corpore sano  
Illi sit, ducantq; diu sine crimine vitam.  
His actis, resonat templum venerabile cantu,  
Organa culta sonum dant & tuba, buccina, buxus;  
Virgineo comitata choro & matrum agmine casta  
Sponsa venit, sequitur Sponsus, quem mille sequuntur  
Magnanimi proceres, quorum Respublica magna  
Paret consiliis, juvenes tandem hosq; sequuntur  
Omnes suscipiunt gressus ad liminalæti,  
Quæs' dulcis thalami celebrari gaudia debent,  
Et dextram dantes felicia fata precantur  
Hisce novis Sponsis, pariterq; ante ora parentum  
Incedunt pueri, atq; ferunt sua munera Nuptæ.  
Quo facto capiunt sedem, ornat grandior ætas  
Quos, proceres, matres, iuvenes, castæq; puellæ;  
Ancillæ & famuli manibus dant ordinis lympham  
Cæruleam, tonsisq; ferunt mantilia villis.  
Atq; epulis onerant mensas & plena reponunt  
Pocula, tunc omnes dapibus sua corpora curant,  
Atq; inde evacuant spumantia pocula Bacho.  
Hinc ubi pulsa fames, sitis & restincta bibendo  
Buccina mota tremit, longoq; foramine buxus  
Dat cantum, certant juvenes agitare choreas  
Virginibus castis, sub prima crepuscula noctis  
Pars iterum coenant, pars vinum in pocula fundunt,

Pars



Pars sumunt haustus , pars necunt colla lacertis,  
Omnia mundicies sic per convivia regnet ;  
Membra toro apponunt tunc Sponsus Sponsaq; casta  
In placido perferre toro quis nolle amorem  
Lamperte & ambrosium Christi ut sentiret amorem,  
Fœdera qui thalami prebat , atq; est autor amoris.  
Abrumpo calamum nunc , gaudia sancta q; sanctis  
Confirmo votis , votis nam ihova movetur :  
Larga adsit , Lamperte tibi benedictio summi  
Patris , nascantur felicia pignora lecto  
Vestro , vos servet stellantis Rector Olympi  
Incolumes , magnus dum mundus secula volvet ,  
Dum iuga montis aper , fluvios dum piscis amabit .  
Dumq; thymo pascentur apes , dum rore cicadæ  
Hoc peto C O P P E N I V S , Deus addat plura petitis.

Moris amoris & honoris ergo scribebam Ioannes  
Cöppenius S. Anhalt.

---

## A L I V D.

 Ceani ex spuria ( quod mirum ) dicitur ortum  
Accepisse Venus , tenerorum mater amorum .  
Fœderibusq; eadem præfecta jugalibus olim .  
Corporibus faciat quæ mens sit ut una duobus .  
O brutas hominum mentes ! ò pectora cœca !

Non Venus hoc lasciva , Deus dignatur honore  
Hoc meritò , socij qui primus fœdera lecti  
Sanxit , & illicitis æternas ignibus addit  
Poenas , eversæ damnum quod triste Gomorrhæ  
Indicat , & Sodomæ , quod regna eversa loquuntur .

Ergo quòd exosus sociā sine coniuge vitam ,  
Numinis hortatu , thalami L A M P E R T E subire  
Iura paras , te digna facis , laudemq; mereris  
Non minimam , cœptisq; tuis Deus annuit ipse :

Annuit & multis ornata m dotibus **A N N A M**  
Vxorem tibi conciliat , pietatis & artis ,  
Virtutisque simul starentis honore Magistri ,  
**A L B E R T I** viduam **V O I T I** , fidamq; maritam ,  
Quem Prorectorem coluit Schola , Gymnasiumq;  
Illastrae audivit quondam diversa docentem :  
Cuius honoris , nomenq; simul , laudesq; manebunt

Tali Sponse tibi gaude , latare maritam ,  
**Q uæ** pietate cluet , casto quæ nata parentum  
Sanguine , virtutis quæ primis semina ab annis  
Imbibit , ipsa inter mores educta decoros :  
Cui non ulla deest partatum copia rerum  
Dulcia quæ loquitur , parcaq; silentia voce  
Temperat , inq; preces sanctas , telamq; columq;  
Assidue incumbit , proprijs testudinis instar  
**A** Edibus hærescens , quæ non hinc inde vagatur .

Hæc tibi sollicito evellat de pectori curas  
**A N N A** tuum decus , & tua gaudia , summa voluptas ,  
Spinosas adimat curas , hæc vulnera cureret  
Cordis , in adversis rebus tibi dulce levamen

**A N N A** , salutiferum hæc eadem medicamen amoris .  
Uttere eâ , donec cum vitâ luce fruéris :  
Oscula sume labris , hanc solam semper amato ,  
Sponsaq; tu par li Sponsum complectere amore ,  
Sitque tibi cordi pietas , quæ præmia certa  
Et præsentis habet vitæ , vitæque futuræ .

Talibus auspicijs , vigeat Concordia dulcis ,  
Absit Eris thalamo infelix , sint foedera vestri  
Sint recta coniugij , vos mutuus ardeat inter  
Sic amor , invideant alij licet , omnia fausta  
Succedant vobis , beat & vos copia pleno  
Cunctatum cornu rerum , pulcherrima proles ,  
Pampinus ut vitem decorat , ceu termes olivam ,  
Sic semper vigeat , mensam sic cingat & ornet ,  
Nec mors coniunctos seris nisi solvat in annis

Hoc precor ex animo , mecum gratantur amici  
Hoc Sponsis , optant mecum tua leura sodales .

Fia gratulationis ergo F. Fridericus Hamelius 5

A L I V D.

Vamvis fas esset, mæstas expromere voces,  
Carmina nec siccis composuisse genis.  
Dum violenta furit pestis, juuenesq; senesq;  
Cum pravisq; bonos mors violenta rapit:  
Attamen hac inhibere decet nos luce dolores:  
Hac latiſ fas est, cor recreare modis,  
Qua pietatis amans, virtuteq; praditus omni,  
LA M pertus thalami gaudia sancta parat:  
Gaudia enim nostro sunt hac gratissima Christo,  
Nectare mutatas qui rubefecit aquas,  
Vt testaretur sibi Italia festa probari,  
Qua celebrant socij gaudia sanctatori.  
Hunc Sol ergo diem meliori sydere sparge,  
Purius & rutilo funde nitore jubar,  
Purgatus niteat discussis nubibus ether,  
Nec tepidus pluvias concitet Auster aquas.  
Tuq; venenatas mors importuna sagittas  
Absconde, & nulli peste die hac noceas;  
Peste die hac noceas, quos lecti fœderacasti  
Coniugiumq; malâ temnere mente iuvat.  
Aut quos illicitis flammis amor impins urit,  
Delectatq; toro fœda libido vago.

B 3

Promite

Promite conviva suaves, è pectore voces,  
Læticiæ cantu plurima signa date.  
Omnes exultate, dapes præsumite, tristis  
Mens absit, vino quisq; domate sitim.  
Auspicio juvenum ad commercia grata Chœras  
Nunc invitantur, femina, virgo, puer.  
Ad me defertur vultu quoq; virgo pudico,  
Ad dulces ergò membra levabo modos:  
En! quoq; ni fallor, summis virtutibus auctam  
Sponsam Sponsus habet, vultq; movere pedem.  
Sic decet, & fas est, nuptam mens casta mariti  
Vt colat, & toto pectore semper amet.  
Vivite felices ambo, Concordia semper  
Ambiat & vestrum protegat ipsatorum.  
Cedant mœstitia vultus, incommoda cedant:  
Et vestra impedit gaudia triste nihil.  
Vnus amor sit, & una fides sit, & una voluntas:  
Et vestri nitat lata propago tori. (vit.  
Quod superest, Deus omnipotens, qui cuncta crea-  
Vos flectat, servet, tempus in omne tegat.

In significationem amoris & benevo-  
lentiaæ Andreas VVoltherus F.

ALIVD.



Sol & Luna matrimonij typus.

**S**Onjugij speciem præbent duo lumina cœli,  
Vxorem Phœbe, Solq; virum referens.  
Nam velut ille sua collustrat luce sororem,  
Sic uxor splendet comparis ore sui.  
Solis tolle jubar, nigrescent cuncta tenebris,  
Est expers lucis, coniuge nupta carens.  
Viuifici Phœbus fons est auctorq; caloris,  
Alget at in viduo foemina sola toro.  
Suppeditat plantis Titan nascentibus auctum,  
Fœtificat mulier semine fœta viri.  
Sed Lunæ quid, ais, commune est atq; maritz?  
Quæ referam paucis, accipe Sponse memor.  
Luna renascentes cum primùm colligit ignes,  
Pallefscens, mensem pallidulo ore notat.  
Tellurem pluvijs irrotat, & imbribus agros,  
Arcta nec effusos ripa caput fluvios:  
Sic conjux torva contristat fronte maritum,  
Et curis cumulat mœstitiaq; suum.  
Sin ortu in quarto suffuderit ore ruborem  
Cynthia, ventorum flamina crebra ciet.  
Haud aliter furias confessa rubore marita,  
Evertit rixis percita bile domum.  
Sed velut affulgens Latonia luce serena,  
In faciem cœlum cogit abire suam:  
Arridens blando sic consors ore cubilis,  
Gaudia conciliat lætiuamque viro.  
Hos vultus, Lamperte, tuz precor oraq; Sponsæ,  
Quæ tecum jungit foedera casta tori.

Luna

Luna sit illa tibi, Ixtoq; arrideat ore:  
Ceu Phoebe, radiis splendeat illa tuis.

Caspar Sigismundus Bersmanus.

A L I V D.

**N**υμφίω οἱ Νύμφη ως τῷ χειρῶ ἀγαπητό  
ζεύγινην, τέτοις γῆσιός εἶνι ἔρως  
Νύμφιο ἡ Νύμφης κεφαλὴ. ἡ σῶμα δὲ αὐτὸς,  
σώμαπι δὲ σύντονος βασιλέως ἔρως.  
Αλλὰ δὲ πανδεινη Φευτής κεφαλὴν Δικούει,  
Νύμφιο ἡ Νύμφη Φευτίδος εἰς τὸν.

Πρὸς δὲ ἄγιον Βαμὸν Νύμφη Γιανναρῆς ιατράκειη  
Τῆς λάβης πεφύλου Νύμφιου ὀχορύη.  
Διδεσίμης χειρὸν γραντή ἐκκλησίᾳ ἐνχῆι,  
Ως μὴ ἐλέπειν πάντη ἐρεχθομόδια.  
Μήπε φοβᾶν σὲν αὐτάρους, αποχήματα μήτε,  
Ἄρχοντος χειρῶ, πλῶμα δὲ κέρμος ἄγη  
Ταύτης πιθήκης γαμικὸν Φέω εῦ καταθῆις  
Τοῖο γάμοιο ἔχον εύμεσλα νέαντα.  
Τούτων ἐκμελέτη, Ε τῷ ἐνικάπτεο θυμῷ  
Τῶν ζεύγους ἀγίων ἀψίκερος γαμέως  
Φιλίας ἔνεισθαι.

Elias Schmidt S.

A L I V D.

**L**II dies hæc est qua te pia gaudia flectunt  
O L A M P E R T E ! Deum quis neget esse thori  
Authorem ? thalami quoniam te sedere junxit,  
Et pulcro ornavit munere conjugii.  
Ergo tibi tantos Sponsos optime grator honores,  
Et faxit, videoas pignora cara, D E V S.  
Vivite concordes grandævi Nestoris annos,  
Vivite Mathusalæ secula longa, psecor.

Abrahamus Davidis Ulrici filius.

F I N I S.

Nr 1996.

8



nicht aufz., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!  
28 a / 50 1996 /

VS 17

1996



# Farbkarthe #13

Centimetres  
Inches

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

R E M

S S I M I  
A T E , P R V .  
T O R I T A T E  
O N Y M I L A M .  
r u m S o r a b o  
e r v e s t a ,

I S S I M A  
M A A N N A  
R I S S I M I E T  
B E R T I V O I T I  
n P r o t e c t o r i s , a c  
m P r o f e s s o r i s  
r e l i c t a

n o c l o l o C . V I .  
n .  
o amicis ,  
ersibus nomina  
a .  
T A E ,  
r . Anno 1607 .

91.  
104